



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 18. De emptione quæ sit credita pecunia,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

penes venditorem, pactum est licitum: in priore quidē casu, quia tunc venditor ex re sua percipit fructus: neque dicitur formaliter, sed materialiter, & non ine tantum, habere dictum fundum loco pignoris: cum nemo propriè rem suam pignori habeat. In posteriore casu vero ex re sua similiter fructum percipit; quā vendidit tantum cum pacto, ut post octo annos, cum premium emptor soluerit, dominium ad ipsum pertineat, non ante.

Eādem quoq; distinctione vtendum est, quando pretium fundi solutum est tantum ex parte: si enim per venditionem translatum sit in emptorem totius fundi dominium, vslra est pro parte non solutā pensionem accipere, donec ea solvatur: fecis vero si non fuit translatum dominium; quia non censetur tunc reuera interuenire ipsius partis non solutæ venditio: sed potius locatio, donec emptor soluerit integrum fundi premium. Quocirca ratione talis partis pensionem accipiens non peccat; quia accipit tanquam fructum sue rei: fecis est vero si acciperet pro fundi parte perfecte vendita, quia acciperet ex re non sua.

Adverte autem ex Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 247. in fine: licitum esse emere domum cum pacto retrouendendi, eamq; loce venditori pro certo pretio, interea dum nō redimuntur. Quod verum est, si contrahentes intendant simul celebrare veros contractus venditionis & locationis, seruato in eis pretio iusti, neque enim ex vnoquoque eorum feorū, neq; ex cōiunctione vtriusq; iniustitia tūc oritur. Quāquam potest in eo esse periculum scandali, magnā curā vitandum. Tales autem contractus cōsebuntur non veri, sed pecunia mutuata palliata: & per consequens vslrariū, si res tempore locationis periens, venditori pereat, non emptori: quandoquidem contrarium debet accidere, si illi sint veri contractus, quoniam dominium ad emptorem, non ad venditorem tunc pertinet. Cōsebuntur vero iniusti, si premium emptionis sit diminutum, vel premium locationis ex cessuum: induentq; consequenter obligationem ad restituionem.

**Q**UARTVM POST REM; quid sentiendum sit de ceteris pactis: Et respondetur primo de pacto, ut solvatur res non pretio currente tempore venditionis, sed aliquo futuro in quod soluto differtur, id dicendum est: ac dictum est de mutuo in p̄ced. n. 183. nempe vslrariū esse, quando venditor certo aut probabiliter nouit, tunc futurum maius premium: nisi ad illud tempus esset rem suam seruatur vendendam: quo casu pactum non est illūcitum. Nec item eo quo est incertum an tempore solutionis res pluris; aut minoris sit valutaria. Secundo, de pacto, ut emptor pretio currēt soluat in alio loco, quam vbi emit: dicendum est similiter ipsum vslrariū esse, si certum sit maius illūc, quam hīc esse premium vslrariū, si certum sit minus illūc, quam hīc esse premium vslrariū: non autem si probabiliter de eo dubitetur: aut venditor nō hīc, sed illīc erat rem suam vendituras: quia lucrum idō cessans illi, quod hīc in emptoris gratiam vendat, potest capere ab ipso premonito.

Tertio, de pacto, ut emptor donec premium soluerit, rem habeat tantum pro voluntate venditoris: vt si is voluerit, possit contractum reuocare, ac rem suam repetrere: dicendum est, viderilicet, si fiat de vtriusq; libero cōlensu: & id omnis aliquā iusti diminutione compensetur: quia res oneri vel fertutū subiecta, minoris cōsumuntur, quam ab onere & fertute libera. Quod idem est: dicendum de ceteris pactis emptori onerofis: quale est, ut teneatur rem venditam locare venditori, ita vt illi apud hunc maneat iure, ac titulo locationis. Item ut emptor non possit alteri vendere rem empli, quam venditor, aut certe teneatur cum ceteris praeferre, & sic de multis alijs.

## CAP. XVIII.

## Deemptione que sit creditā pecunia.

## S V M M A R I V M.

305 Non licet carius vendere ex eo tantum, quod soluto differatur ad aliquod tempus.

306 Licitum est quidem intra limites iusti pretij augere premium in venditione, que sit creditā pecunia; non tamen extra eosdem limites.

- 307 Quatenus licet in venditione illius generis, supra iustum pretium accedere ob periculum perdendi pretium, vel laborem ac difficultatem ilud recuperandi.
- 308 Seruanda in eo incremento, ad variandum periculum palliandi vslra.
- 309 An licet merces in magna copia supra iustum pretium vendere, eo quod minutissim supra illud venderentur, distinctione explicatur.
- 310 Quando tū qui vendidis infinito pretio, posse accipere summum iustum, eo quod contra suam expectationem differatur solutio.
- 311 Illicitus est contractus quo debitor suum debitum emit minoris, quam ipsū sit: nisi detur excusatio lucis cessantis, aut damni emergentis.
- 312 Quodidem habeat locum tertius emat quando debitum est certum.
- 313 Secus vero cum debitum periculo expositum fuerit, vel recuperandum est cum labor, bui & expensis.

**P**RIMVM AC PRINCIPALE de hac redubium est: an licet rem vendere carius creditā pecunia, seu dilatā ad tempus solutione, quam presenti numerataque pecunia? De qua re D. Thomas in opusculo 67. & qui eum interpretatur 2.2. quæstio. 7.8. art. 2. & D. Antoni 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 4. Gabr. in 4. dist. 15. quæst. 11. dub. 9. Medina in Cod. De restitut. quæst. vlt. Sotus in 6. De iusti & iure quæstio. 4. art. 1. Angelus vslra 1. §. 58. Sylvest. vslra 2. quæst. 1. Nauar. in Enchir. cap. 17. numer. 206. & capit. 23. numer. 81. Couarr. libr. 2. variar. resolut. cap. 3. numer. 6. altos citans. Beata in 1. par. responsiorum, casu lecto. Petrus à Nauarr. libr. 6. De restitut. cap. 2. à numer. 98. ad 132. Lud. Molina in citato tractat. 2. disput. 355. ceteraque recentiores hanc materiam tractantes. Quid autem videatur tenendum explicabimus aliquot propositionibus.

Prima est, ex eo solo, quod merces venduntur dilatā ad aliquo tempus solutione, nō esse licitum, eas supra premium lege, aut communī estimatione taxatum vendere. In hac Doctores consentiunt; ad eius confirmationem adherentes Cap. In ciuitate, De vslris, & Cap. Ad noſtrām, De emptione & venditione, & Capit. Illo vos, De pignoribus. Ad quæ accedit aperta ratio: quia premium rei quæ vñditur (vñsi ea r. seruanda esset in aliud tempus, in quo probabiliter sciretur pluris valutaria, prout habetur ex Cap. Nauiganti, De vslris) est illud quod aut lege, aut communī estimatione taxatum currit, quando venditio perficitur. Quare ille qui plus tunc exigit, iniustitiam cōmitit, rem vendens pluris, quam tunc valcat.

Ad confirmationem facit, quod rei dominium transferatur per venditionem: & ideo, quidquid in futurum ea valutura sit, non valet plus dominio suo qui illā vendituras est statim, quam valeat de praesenti. Accedit quod ea in re vslra committatur. Nam tū rem cuius summum premium est decem aureorū, v.g. vendo tibi. 16. ob dilatam solutionem; perinde est ac sibi mutuo dedicem decē, vt post certum tempus mihi redderet sexdecim, quod est vslra ex Cap. Consuluit, De vslris.

Quamvis autem Sotus loco cit. ab hac propositione expiciat merces nauticas, tenendum est tamen cum Nauar. in Enchir. capit. 23. numer. 82. neque tales supra iustum premium licite vendi creditā pecunia: quia ex natura rei est, vt iustum premium in venditione non excedatur; natura autem rei, vñque & semper in omnibus eadem est. Non refert vero quod merces nautica non soleant, nec commode possint vendi, solute statim pretio: cum enim tempus de se, non sit circumstantia, ex qua iustum premium varietur; de illis qui creditā emunt, perinde iudicandum est, ac si praesenti, seu statim numerata pecunia emerent. Quod quidem locum habet, etiam si ipsa nautica merces probabiliter tempore solutionis sint pluris valutaria: quia res statim vendenda, nec seruanda in tempus, in quo plus valebunt, non possunt creditā pecunia vendi pluris, quam vñderetur pecunia statim numerata, vt contra Caiot. docent Sotus lib. 6. De iust. & iure, quæst. 4. art. 2. & Couar. libr. 2. variarum resolutioni, cap. 3. numer. 6. Quod patet ex Cap. Nauiganti, De vslris, vbi res vñdens pluris creditā pecunia, quam valent, non excusat ab vslra,

306. vñura, nisi ille has effec seruatur ad tempus, in quo pluris vero similiter valebunt.

Secunda propositio est. Licitum esse pluris vendere credita ad tempus pecunia, quam statim numerata, dummodo id fiat intra latitudinem iusti pretij, hoc est, non ascendatur suprarigorosum. In hac quoq; consentiunt Doctores, quorum nonnullos refert Cesar, lib.2. var. resolut. ap.3. num.2. in fine. Probatur vero aperte supposito eo quod in praed. cap. 16. tractauimus, iustum pretium mercium, non quidem lege: sed mercatorum communis estimatione taxatū bona fide (spectat circumsstantiis omnibus ad rem facientibus) in diuilibili minime cōsistere, sed latitudinem habere summi, medijs & infimi, ut exempli gratia, pretiū iustum vñra panni ex communis estimatione potest esse, infimum quidem sex librarū, medium vero sex cum dimidio: & summum leptem, quo mercator vendit credita pecunia libenter vēditur medio, aut etiam infimo, pecunia numerata. Quia in re nec iniustiam committere, nec obligationem ad restitutionem incurrere patet: quia reuera vendit rem iusto pretio, si rigorosus, nec aliquid ultra sortitur accipit. Quod vero fuisset cotenus pretio mediorum, aut infimo, si alter numerata pecunia emisset, nihil refert, quia ipse potest de suo facere, quod sibi liberta iusta iustitia terminos.

Tertia popotio. Licit merces supra taxatum pretium, non possint pluris vendi credita pecunia, quam statim numerata, posse tamen alijs de causis. Ratio est, quod ea dilatio habeat rationem rautui. Quo sit, vt ijs de causis, quibus in mutuo aliquid potest accipi supra summam capitalem, possit quoque recipi in venditione, quae sit dilata solutione. Quae causa sunt, tum inter se, & de quo eis de vñra in praed. libr.23. capit. 6.7. & 8. disserimus: tum alia causa quas persecuti sumus in fine capit. 12. huius libri. De periculo tamen coniuncto, siue perdendi pretium ipsum, siue subeundi molestias, & labores, vel faciens expensas in illius recuperatione, an esse possit causa iusta vendendi pluris credita, quam statim numerata pecunia, authores non consentiunt.

SECUNDVM DVBLIVM SIT TERTIVR; an periculum pertendit pretium, subeundi laborem, & molestias, ac faciens expensas in illo recuperando, sit causa legitima rem supra suum valorem vendendi dilata solutione? Ad quod habetur ex memorato fine cap. duodecimi iuxta Medianam, respondendum esse affirmatiū, sed in praxi id non videri cōfusendum tanquam periculosum, vt ibidem addimus. Volenti tamen sequi eam Medianam doctrinam non restiterim omnino; preferimus cum illa habeat strenuum propagnatorem Petrum à Nauar. De restitu. lib.3. cap.2. à nu. 98. Non restiterim inquam, dummodo seruare velit sequentia documenta.

Primum est. Non esse licitum mercatori credita pecunia vendenti ascendere supra iustum pretium in omnibus, sed in ijs, in quibus vero similiter, ac discreto prudentis iudicio, timetur antedictum periculum, neque id in omnibus aequaliter, sed tantum pro quantitate periculi, & verosimilitudinis, atq; cessante omni scandalo: quae omnia prudenti dijudicanda relinquentur.

Secundum est. Supra iustum pretium ascendere, praterquam quod est res plena periculi, & apta ad generandū scandalum, ideoq; non consolenda, esse pariter peccatum inducens obligationem restituendi; nisi tempore contractus manifestetur empori, quibus de causis ascendatur, & ipse consentiat emere cum eiusmodi onere compensandi damnum, quibus vendor subiicit se in ea venditione. Huius ratio est, q; si emptor intendet rem iusto tantum pretio emere; non item cōpensare pericula illa, quibus vendor putat se subiici, fieret ei iniuria; quandoquidem ipso ignorante pretium pro iisdem periculis acciperetur. Non fieret autem si præmoneretur, quia scienti, & consentienti non sit iniuria.

Tertium est. Quod ad vitandum periculum palliandi vñras, incrementum illud quod supra pretium currens accipitur, debeat tempore contractus in pactum deduci: monito, vt diximus, emptore; ipsum item debeat esse moderatum pro quantitate & qualitate dannorum, in quorum compensationem accipitur: præterea sit habēda ratio personæ emptoris; videndo an tale grauamen ei imponere sit consentaneum:

Item oporteat in eo periculo, de quo agim⁹, aduertere quod debeat prouincire ex natura rei, non autem ex avaritia, aut pusillanimitate venditoris. Sunt enim, inquit Petrus à Nauar. num. 117. nonnulli mercatores ita auari, vel melancholici, vt timeant vbi non est timendum; quiq; licet securum debitorem habeant, sine anxietate esse non soleant. Cuius anxietatis & solicitudinis cum ipsi causa sibi existant, nō est fas empotrem compellere ad pretij incrementum, per quod ea compensetur. Porro in hac re incrementum censeri poterit moderatus, si arbitrio prudentis ipsum proportionem respondet quantitatē quod debitum minus valeat, cum tali periculo, quam fine eo: nempe si periculum sit tale, vt pro debito 100. aureorum vix darentur 90. aut 80. prudens arbitrabitur incrementum esse moderatum, si non sit maius, quam vt debitum tali periculo expositum & stimetur 100. aut eis, nec excedat.

TERTIVM. DVBLIVM EST; an venditori licet merces credita pecunia ideo pluris vendere, quod si illis vendidisset minutatim, maius pretium accepisset? Ad quod responderetur distinctione. Si enim talis venditor erat de facto caldē merces minutatim vendituras, licet ei in magna copia vendenti credita pecunia, capere illud lucrum q; accepisset minutatim vendendo: quia id non est aliud quam ratione lucri cessantis, maius pretium accepere. Si vero non erat minutatim vendituras, non licet ei vendere tanti, quanti vendidisset minutatim: etiamq; iuxta antedicta in explicazione primi dubij, concl. 1. posuit vendere summo eo pretio, quo in eadem magna copia vendidisset, si pecunie essent statim numeratae.

QUARTVM DVBLIVM; an venditori qui suas merces vendit ab infinito pretio iusto, quod credebat statim solvendū ab emptore: dum viderit quod is nō statim solvere, licet illi pro infinito exigere summum pretium iustum? Ad quod respondebitur distinctione: nam si perfecta est vendito cum conventione de pretio infinito iusto, non licet exigere summum; quia id est secundum contractum venditionis inire, ad quod emptor non videtur iuste cōpelli; si vero perfectus non fuit venditionis contractus, tunc licet venditori ab eo discedere, ac sic variare in exigendo pretio, vt pro infinito exigit summum iustum pretium, quo potuit ab initio suas merces vendere, præfente pecunia vendendo. Quando vero censerit debet perfectus venditionis contractus incligetur per post dicenda in seq. cap. 26.

QVINTVM DVBLIVM EST; an pretium cuius solutio dilata est, & in tempus futurum debetur, possit anticipata solutione minoris eimi, quam ipsum sit: vt emi pro 80. vel 90. aureis, quod est debitum 100. aureorum. Pro explicacione dicendum est primo, quod si ipsem debitor emat a creditore debitum (nil lucrum cessans, aut damnum emergens excusat) contractus sit illicitus & vñrarius, prout Caiet. habet in verbo vñra, §. De vñra autem consurgente easu tertio. Et probat, quia ex tempore anticipata solutionis reportat lucrum, quod est vñrarium, cum anticipata solutio sit aequaliter mutuus. Atq; iniustitiam saltem continere patet: quia si est debitum in ordine ad aliquem tertium qui illud à creditore emeret, non valeat plus quam illud ius quod creditor habet, attentā prauā debitoris dispositione ad solvendum, prout in eiusdem iure ex iniuriant, siue ex alia causa: attamen debitor ipse tenetur debet, tum integre solvere, ac integrē sat, facere obligationi quam in se suscepit, rōumq; quod in se est facere, nequitia omni exclusa. Quod si nequeat debitum plene solvere, tenetur dare illud quod potest, & referare obligationem reliquā, cui in posterum cum potuerit, satisfaciat. Quare quidquid dederit anticipata solutione, si id sit minus, quam integrum debitum, committit iniustitiam: quia cum ius quod creditor habet, plus valeat, nō emit illud iusto pretio; de quo aliquid detrahendi iustum causam non habet: nō quidem solutionis anticipationem secundum se; quia neque respectu tertij est iusta causa, vt paulo post docebitur; neque periculum, de quo diximus dubio secundo, quia tenetur liberare creditorem ab illo, non autem per illud grauare ipsum in proprium commodum.

Dicendum est secundo, quod si talis emptio non fiat ab ipsem debitore, sed ab alio tertio (quidquid Caiet. in verbo vñra, §. Cogor hoc loco: & post eum Nauar. in Eucir. cap. 17. numer. 231. contra censant) prædictum venditionis contra-

&cū, quando nullū ex parte cements interuenit lucrum cef-  
fants, aut damnum emergens; ac debituū tale est, vt morta-  
liter loquendo, integrē absq; expensis, & labore recuperan-  
dum sit suo tempore, contractum esse illicitum, & inducere  
obligationem restituendi vñque ad complementum latitu-  
dinis pretij quod debebatur. Ita præter Med. in Codic. De  
rebus relīc. quæst. 8. cuius meminit Nauar. tñent. D. An-  
ton. 2. par. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4. Angelus vñsura 1. §. 63. Sylue-  
ster vñsura 2. quæstio. 1. 4. vers. 4. Gabr. in 4. distinct. 15. quæ-  
stio. 11. dub. 4. Sot. 6. de sult. & iure, quæstio. 4. art. 1. in so-  
lutione tertij argumenti, quos sequuntur Petrus à Nauar. lib. 3.  
de relīc. cap. 2. num. 163. & tribus sequentib; ac Lud. Molina  
de iust. & iure tract. 2. disput. 361. Gregor. à Valen. 2. 2. disp.  
5. quæstio. 20. puncto 2. concl. 5. Leonar. Lessius De iust. &  
iure lib. 2. cap. 21. dubit. 8. & Ferdinandus Rebellus obli-  
gat. iulfiz. par. 2. quæst. 13 nec immerito. Nam ius ad cen-  
tum, cum ita certa sunt aci essent in arca, tantum valent ac  
centum præficiunt; alioqui sola temporis expectatio daret  
valorem rei: quod concedere, est vñsura ianuam aperire. Nec  
refert quod pluris astimetur pecunia præsens quam pecunia  
futura: quia illa astimatio non est rationabilis, nec viorum  
prudentium sed vel nec sitatem patientium, vel auarorum  
lucratorum.

Accedit quod emere 100. futuro tempore soluenda pro  
90. in præsentis soluendis; sit virtutiter mutuo dare 90. pro  
100. postea recipiendis, quod de se vñsuriū est. Præterea  
si obligatio ad soluendum 100. post annum non valeret 100.  
in præsenti, sequeretur licere carius vendere credi: quam  
numerata pecunia, etiam quando venditor non est t suas  
merces seruatur, & quando nullum lucrum illi celaret ex  
eo, quod vendat creditū pecunia: vendendo enim centum  
illud quod valeat tantum 90. dicet pro his emere ius ad ipsa  
centum. Id autem est contra Cap. Niuganti, De vñsuriis. &  
etiam contra resolutionem dubij primi præcedentis. Quan-  
quam non negamus, quin si emptori tantum lucri cestet ex  
anticipata debiti solutione, vel tantum danni illi inde emer-  
git, quātūc; ex excessu debiti supra solutionem ipsam, qui  
iniquam, eisdem licet ex cessu illum accipere, præmonito  
venditore, quod ea de causa accipiat. Constat enim ex supra  
dictis nō fieri iniuriam, si in emptione, & venditione aliquid  
amplius aut minus ratione interesse, accipiatur de mutuo cō-  
senso contrahentium.

Dicendum est tertio, quod cum merito timetur debitum  
non esse integrum soluendum, aut non sine labore & expensi;  
tunc ipsum ab aliquo tertio licite e. m. pretio minor, quam  
cum arbitrio prudentis talibus de causis minus valere vide-  
bitur. Hoc confirmatur per differentiam, quam prædicti o-  
stendunt interuenient in hac re, inter ipsum tertium, atq; debi-  
torem. Aduerte autem idem plane esse, si debitum sit litigiosum,  
aut non plane certum. Aduerte item id quod dicitur  
quoad debita in futurum, ipsa nimur ex prædictis causis  
minori pretio emi locum habere etiam in debitis que essent  
in præsenti soluenda, nec soluuntur, aut quia iam erant in præ-  
sento tempore soluenda, nec dum soluta sunt.

## C A P . X I X .

Deemptione quæ sit anticipata solutione, & de venditio-  
ne, quæ sit per proxenetam.

## S V M M A R I V M .

314. Emptio quæ sit anticipata solutione, descendendo infra pre-  
tium infimum, est de se illicita.

315. Rejicitur quod Sotus senit, sine vñsura in reatores infra infi-  
mum pretium emere a rusticis lanas, al. quanto post solu-  
tionem tradendas.

316. Quando proxeneta posse accipere aliquid de pretio rei qua-  
sunt ei tradita vendenda.

317. Quatenus in qui emit nomine alterius, posset ultra quam eme-  
rit, ab eo accipere.

Præcipue queritur, an in emptione quæ sit anticipata so-  
lutione, descendere licet infra infimum pretium? Pro-  
 cuius explicacionem ponendum est, quod deducitur ex Capit.  
 In ciuitate, De vñsuriis, iustum pretium esse, quod taxatum cō-

muni astimatione, currit eo tempore, quo res vendita tradi-  
tur, non autem, quod currit tempore contractus. Quo pos-  
to sententia cō munis est. Si res creditur minus valitura cum  
tradetur, quam cum venditur, tam licite, & sine obligatione  
ad restitutionem emi posse pretio, quo creditur minus tunc  
valitura, quātum cumq; illud sit infra infimum currens, tunc  
cum celebratur contractus. Pro qua sententia textus est ex-  
pressus in Cap. Niuganti, De vñsuriis. Is enim est secundus  
casus, qui ibidem à Gregorio IX definitur, ut recte notat  
Sotus in 6. De iust. & iure, quæst. 4. art. 2. concl. 1. Ratio vero in  
promptu est, quia rei valor cui pretium debet proportione  
respondere, censetur is quem res habet cum traditur vñ-  
sura, & consumenda: maximè enim, quando venditio abfol-  
uitur (ut tunc sit) est habenda ratio, ut interueniat aequalitas  
inter pretium & rem venditam, ut requiratur ad venditionis  
iustitia. Par ratione existimandū est, quod si res quæ tem-  
pore contractus valet quatuor, exempli gratiā, creditur tem-  
pore traditionis sex valitura, non esse licet emere illam tan-  
tummodo quatuor: quia committetur alioqui vñsura palia-  
tia, duo demodo de pretio iusto, seu dando quatuor in pre-  
senti, ut in futuro ac ipias sex, non alio titulo, quam anticipa-  
ta solutionis, quæ mutuum quoddam est.

Vnde m. rum videtur quomodo Sotus in cit. quæst. 4. art. 1.  
Sub finem, lanae quæ agricola & pastores solerū vendere mul-  
to ante quam in reatores tradantur, velit sine vñsura, &  
obligatione ad restitutionem emi, anticipato pretio mino-  
ri, quam sit infimum, quod lance ipse creditur valitura eo  
tempore quo sunt tradenda. Nulla enim datur ratio, cur tales  
sint positi ab vñsura, & restitutione excusandi, quam alii;  
quandoquidem similiiter anticipata solutione emunt infra  
pactum illud infimum, quod creditur futurum tempore tradi-  
tionis, & receptionis lanarum. Vnde Medina in Cod. De re-  
bus refit. quæst. 38. in explicaione sexte causa, dubio pen. lt. &  
Nauar. in Enchir. cap. 23. num. 82. a. certe docent illucitam esse  
talem emptionem. Quæ vero Sotus pro se adserit, tantum  
probant lanam ob insigntiam agri colarum emi possit anti-  
cipato pretio; quod tamen taxandum sit secundum com-  
munem earum sc̄ti nationem illius temporis quo traden-  
tar. Ex vñsua autem mercatorum, qui est in contrarium, nihil aliud colligitur, quam aut ipsos male agere, aut excusari  
ob lucrum aliquod ex tali anticipatiōne in suis cellaris, vel da-  
mnum emergens, vel ob periculum, cui lance ipse sunt ex-  
posita pereundi ipsi. Qui plenus tractatam candem difficultatem  
videtur volet, legat Lud. Molinam in citato tract. 2.  
disput. 359. & 360.

DE VENDITIONE quæ sit per proxenetam, illud occur-  
rit explicandū. An i proxeneta, ut al cuius alteri tradatur ali-  
quid vendendum pro decem, & ille vendat duodecim, is tene-  
tur dominore venditare totum, puta duodecim dare? I. sum  
ergo de quo Angelus in vñsura Empio. §. 8. Sylu. eod. verbo, nu. 25.  
Gabr. in 4. d. fl. 15. u. 10. art. 3. dub. 4. Nau. in Enchir. cap. 23. n. 97.  
distinctione explicatur. Nam si du illa quæ proxeneta ac-  
cepit, tunc supra iustum pretium, & pactum tacitus, vel ex-  
pressum fuerit, ut proxeneta domino rei tantum decem red-  
dere; siq; aliquid in pretiū ultra inueniret, sibi retinere, tunc  
certum est, quod possit duo illa retinere. Quod si tale pactū  
non interueniret, quidquid dicit Angelus, tenendum est cum  
ceteris, illa est restituenda domino rei; quia rei retra sunt pars  
iusti pretij sui rei; ipsiusq; voluntas cum determinauit pretiū  
rei vendendū, tantum fuit, ne infra illud vendereur, nō  
autem ne supra illud, si occasio ita ferret. Ipsa vero proxeneta  
tenebitur, saltem ex fidilitate, vendere quam optimè po-  
terit intra latitudinem iusti pretij. Idq; locum habet siue is  
stipendum à domino accipiat pro facienda venditione, siue  
non, sed gratis, & ex amicitia rogatu domini rei illam faciat;  
quia siue hoc, siue illud sit, sicut rem integrum debuisse red-  
dere domino, si vendere non potuerit; ita & debuit totum  
eius pretium reddere.

Aduerte idem pari ratione dicendum esse, cum quis ro-  
gauit alium, vt sibi rem aliquam emeret, postquam rogatus  
emere illam à proximo mercatore, pro duodecim, quæstio-  
nem alium à quo habuit pro decem: dicendum, inquam, esse,

quod